

ALGEBRAE DESCRIPTIO.

TABVLA MULTIPLICATIONIS, QVANTVM ad characteres.

0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
N	Ra.	Pri.	Secun.	Ter.	Quar.	Quin.	Sex.	Sep.	Octa.	No.	De.

cima & ca. quanti.

COMPOSITIO TABVLAE.

Scribantur characteres singuli ordine quo ipsi proveniunt & numerantur, sic, ut character N. primus, locum primū; Radix uerò character secundus, secundum; reliqui deinde omnes naturali ordine sua loca occupent. Super primo deinde caractere, N scilicet, figura nihili 0 posita, reliquis omnibus naturali numerorum ordine, ab unitate incipiendo, signatis, tabula confecta erit, cuius usus talis est.

VSVS TABVLAE.

In multiplicatione, duobus duorum characterum numeris inter se multiplicatur, qui super horum numerorum characteribus in praescripta tabula reperiuntur numeri, hi simul aggregati, summa sua characterem producti in tabula ostendent.

Porrò quod ad signa + & — attinet, quale scilicet unicuique producto sit adnotandum, communis notitia atque intelligentia, ex sequentium exemplorum descriptione, expeditam nobis & promptam rationem suppeditabit.

SEQUVNTVR EXEMPLA.

8 pri.	8 N	9 se.	29 quar.
4 N	8 N	8 ra.	9 quar.
32 pri.	64 N	72 ter.	261 No.

Initium ordinis numerorum semper representare plus admonendus est lector.

ALIA EXEMPLA.

8 pri. + 9 N	8 pri. + 9 N
7 pri. + 4 N	8 pri. + 9 N
32 pri. + 36 N	7 2 pri. + 81 N
56 ter. + 63 pri.	64 ter. + 7 2 pri.
56 ter. + 95 pri. + 36 N	64 ter. + 14 4 pri. + 81 N

In his duobus exemplis nulla est difficultas, in utroque enim omnes superioris cum omnibus numeris ordinis inferioris multiplicandi sunt. Quare sicut signum + ad omnes, tam multiplicandi quam etiam multiplicantis ordinis, numeros est positum, ita etiam singuli ex multiplicatione producti numeri ex eoque eodem signo + notentur. Hinc regulam colligunt in Algebraicis exercitati. Quod + cum + multiplicatum, + producat, quae est notanda.

ADHVC ALIA EXEMPLA.

7 pri.	+	4 ra.
		9 ra.
63 se.	+	36 pri.

ALIA EXEMPLA.

2 pri.	—	4 ra.	9 ra.
		9 ra.	7 pri. — 4 ra.
63 se.	—	36 pri.	63 se. — 36 pri.

Primum exemplum est facile, cum in eo tam 7 primae quantitates quam 4 radices, cum 9 radicibus multiplicari debeant. Secundi autem, & tertij exemplorum ratio, cum sit paulo inuolutor, explicanda communi quadam (quae uersatur in huiusmodi rebus) notitia esse uidetur. In secundo, 7 primae solidae ac integre cum 9 radicibus, in tertio,